



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Paradisus, Cœna magna. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Charitas comparatur prima Gratia; quæ datur gratis  
 sine pretio (*Emite absque argento*) at non sine pretio *Isa. 55.*  
*Quæquis Christi. Neque enim pretium quæsturis à nobis, S. Ambrosius.*  
*pro nobis pretium Sanguinis sui solvit.*



# PARADISUS,

*Cæna magna.*

XI.

*Cæna magna & lautissima.*

**H**omò quidam fecit cœnam magnam. Et dicitur *Luc. 14.*  
 Magna ob triplicem rationem. Primò, propter  
 invitantes, qui sunt Pater, Filius & Spiritus Sanctus.  
 Secundo, propter invitatos: *Vidi turbam magnam. Apoc. c. 21.*  
*nam dinumerare nemo poterat.* Tertio, propter eos,  
 qui interviant & ministrant: *Millia millium ministra. Dan. 7.*  
*qui ei, & decies millies centena millia assistebant ei.*  
 propter beatus ille, ac terque quaterque beatus, qui  
 invitatus fuerit ad hanc cœnam magnam: *Beati, qui ad*  
*cœnam nuptiarum Agni vocati sunt.*

XII.

*Cæna magna, propter magnitudinem  
 mensæ, cibi, & potus.*

Primò, ratione mensæ: *Mensa proposita Sanctis Gloria Bedæ:*  
*caelestis vita.* Secundo, ratione cibi: *Cibus unus, Hugo:*  
*Unum est, unum alimentum: noli contemnere, non*  
 enim

*enim in multitudine, ut patet in hac vita: sed in multitudine  
 S. Bonæ. satietas est. Tertio, ratione potus, Vinum est purissimum  
 & perfectissima Charitas. Quarto, ratione temperantie  
 quia durabit in æternum & ultra. Quinto dicitur  
 S. Paul. ratione finis, hanc enim cœnam Deus instituit, ut ostendat  
 divitias gloria Regni sui.*

## XIII.

*Cœna magna, qua sola satiare potest.*

*Satiætatem interna dulcedinis in illa nobis præparat  
 S. Greg. etenim magnus Paterfamilias Deus præparat  
 Hom. 36. in hac cœnâ cibum talem, qui omnem explet cibum  
 & est interna æternaque dulcedo Gloria. Quæ  
 Rudolp. cœna, non tantum magna, sed maxima. Et dicitur  
 S. Greg. cœna, quia datur post exalatos dici præteritis  
 bores: & quia est ultima, post quam nullum alium  
 sequitur prandium.*

## XIV.

*Cœna magna, in qua Deus supplet  
 omnia.*

*Et ipse est omnia, inquit Nyssen. In hac vita  
 Nyssen. indigemus creaturis: aliis pro cibo, aliis pro potu,  
 pro vestitu, aliis pro habitatione: at in cœnâ præparatâ  
 in beata illa Patria Deus supplet omnia: & Deus  
 est cibus & potus, & vestis, & habitatio, & omnia compe-  
 ratione Beati, ad eodæque verificabitur dictum illud Apo-  
 stoli: Tunc erit Deus omnia in omnibus.*

## XV.

*Cœna magna & magnorum.*

*Iud. 7. Ideo dicitur Cœna grandium, cœna fortium. Timor  
 & socordes excluduntur ab hac cœna: Qui firmi sunt in  
 The- perit C- tamen- tibus- in-*

Et timidus revertatur exclusus ab hac convivio.  
 Quia propter est cœna paucorum : *Multi sunt vocati, Matth. 22.*  
 sed pauci electi, ut hac cœnâ fruantur.

## PARADISUS,

### *Thesaurus absconditus.*

XVI.

#### *Thesaurus absconditus in agris.*

*Matth. 23.*

Quia Christus, objectum nostrum beatificum, cum sit Deus & Homo, habet thesaurum Divinitatis in agro Humanitatis : & quemadmodum ad possidendum thesaurum absconditum in agro, necessarium est habere agrum, quo mediante deinde devenitur ad thesaurum agri ; ita mediante Humanitate venit ad Divinitatem Christi : & ut conformemur nos Divinitati, primò nos conformemur Humanitati, necesse est. O fertilissime ac fecundissime ager sacrosanctæ carnis Christi, qui magnum nobis beatæ Gloriæ promeruisti thesaurum in gaudio Divinitatis ! Immensas referant gratias Spiritus beati, omneque cor se aget, te adorer.

XVII.

#### *Thesaurus absconditus, invisibilis.*

*Thesaurus invisus.* Et hæc quoque proprietas competit Christo in paradiso : quia tamen videatur, non tamen comprehenditur. Unde dicitur de Deo : *Posuit latibulum suum : abscondit se in invisibilitate incomprehensibilitate sua, veluti in latebris :*

*Ezech. 20.**Psal. 17.**Bellar.*

H 2

18